

LIBER SECUNDUS MACHABEORUM.

CAPUT I.

Judei habitantes Jerosolymis scribunt Iudaeis in Aegypto commemorantes mortem Antiochi ac eos qui in Perside occisus sunt a Deo agentes, et hortantes ut celebretur diem scenopoeiae et diem dati ignis post reductionem captivitatis; cuius res narratur hinc historia, et oratio Nehemiae.

1. Fratribus, qui sunt per Aegyptum, Judaeis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosolymis, Judaei, et qui in regione Judae, et pacem bonam.
2. Benefaciat vobis Deus, et meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, et Isaac, et Jacob, servorum suorum fidelium;
3. Et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, et factis ejus voluntatem, corde magno, et animo volenti;
4. Adperiat cor vestrum in lege sua, et in praeceptis suis, et faciat pacem;
5. Exaudiat orationes vestras, et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo;
6. Et nunc hic sumus orantes pro vobis.
7. Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Judaei scripsimus vobis in tribulatione, et impetu, qui supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason a sancta terra et a regno.
8. Portam succederunt, et effuderunt sanguinem innocentium; et oravimus ad Dominum, et exarduit sumus, et obtulimus sacrificium, et similitudinem, et accendimus lucernas, et propinquamus pates.
9. Et nunc frequentate dies scenopoeiae mensis casleu.
10. Anno centesimo octogesimo octavo, populus qui est Jerosolymis, et in Judea, senatusque et Judas, Aristobolus, magistro Ptolemaei regis, qui est de genere christorum sacerdotum, et hiis, qui in Aegypto sunt, Judaeis, salutem et sanitatem.

11. De magnis periculis a Deo liberati, magnifico gratias agimus ipsi, utpote qui adversus talem regem dimicavimus.
12. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnaverunt contra nos et sanctam civitatem.
13. Nam cum in Perside esset dux ipse, et cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneas, consilio deceptus sacerdotum Naneas.
14. Item cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, et amici ejus, et ut acciperet pecunias multas dotis nomine;
15. Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneas, et ipse cum paucis ingressus esset intra ambulum fani, clausuram templum cum intrasset Antiochus;
16. Apertoque oculo adita templi, mittentes lapides, percusserunt ducem et eos qui cum eo erant, et diverterunt membra, et, capitibus amputatis, furas proiecerunt.
17. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impiis!
18. Facturi igitur, quinta et vigesima die mensis casleu, purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, ut et vos quoque agatis diem scenopoeiae, et diem ignis qui datus est quando Nehemiae, edificato templo, et altari, obtulit sacrificia.
19. Nam cum in Persidem decernerent patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte abconderunt in valle, ubi erat puteus altus et siccus, et in eo conterriti sunt eum, ita ut omnibus ignotus esset locus.
20. Cum autem preterisset anni multi, et placuit Deo ut mitteret Nehemias a rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum, qui abconderant, misit ad inquirendum ignem; et sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem, sed aquam crassam.
21. Et jussit eos haurire, et afferre sibi; et sacrificia quae imposita erant

CAPUT I.

973

jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, et ligna, et quae erant superposita.

22. Utque hoc factum est, et tempus affuit quo sol refusit, ut prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

23. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Jonathas incitoque, ceteris autem respondentibus.

24. Et Nehemiae erat oratio hanc habens modis: DOMINE, Deus omnium creator, terrabilis et fortis, justus et misericors, qui solus es bonus rex,

25. Solus prestans, solus justus, et omnipotens, et aeternus, qui liberas levi de omni malo, qui fecisti patres electos, et sanctificasti eos;

26. Accipe sacrificium pro universo populo tuo Israel; et custodi partem tuam, et sanctifica.

27. Congrega dispersionem nostram; libera eos qui servant gentibus; et contemptos et abominatos respice, ut sciant propterea quia tu es Deus noster.

28. Allige opprimentes nos, et contumeliam facientes in superbia;

29. Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses.

30. Sacerdotes autem psallebant hymnos, usquequo consumptum esset sacrificium.

31. Cum autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias jussit lapides majores perfundi.

32. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est; sed ex lumine quod refusit ab altari manifesta est.

33. Ut vero manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum quod in loco in quo ignem abconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, et qui cum eo erant, juraverunt sacrificia.

34. Considerans autem rex, et rem diligenter examinans, fecit ei templum, ut probaret quod factum erat.

35. Et cum probasset, sacerdotibus donavit multa bona, et alia atque alia munera, et accipiens manu sua, tribuit eis.

36. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur

purificatio; vocatur autem apud plures Nephthar.

CAPUT II.

Jeremias sub babilonicam captivitatem traditus transmigratione igitur et lege Dei, in eo monte ad quem ascendens Moyses vidit terram promissionis, abscondit tabernaculum, arcam et altare licenti, ut ibi essent usque ad populi reditum ex captivitate babilonica; quaedam Moysi et Salomonis facta hic attinguntur; de factis Jude Machabaei et fratrum ejus; de quo quoque Jasonis volumina in unum hunc librum contrahuntur.

1. Inventur autem in descriptionibus Jeremias propheta, quod jussit eos ignem accipere qui transmigrationi, ut significatum est, et ut mandavit transmigrare;

2. Et dedit illis legem ne obliviscerentur praecepta Domini, et ut non exorarent mentibus videntes simulacra aurea et argentea, et ornamenta eorum;

3. Et alia hujusmodi dicens, hortatur ne legem amoverent a corde suo.

4. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum et arcam jussit propheta divino responso ad se facio comitari secum, usquequo exiit in montem in quo Moyses ascendit, et vidit Dei hereditatem.

5. Et veniens ibi Jeremias, invenit locum splendoris, et tabernaculum, et arcam, et altare incensi intulit illuc; et ostium obstruxit.

6. Et accesserunt quidam simul, qui sequuntur, ut notarent sibi locum, et non poterunt invenire.

7. Ut autem cognovit Jeremias, culpans illos dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat;

8. Et tunc Dominus ostendit haec, et apparuit majestas Domini, et nubes erit, sicut et Moysi manifestabat, et sicut cum Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestat haec.

9. Magnifice etenim sapientiam tractabat; et ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis et consumptionis templi.

10. Sicut et Moyses orabat ad Dominum, et descendit ignis de caelo, et consumpsit holocaustum; sic et Salomon oravit, et descendit ignis de caelo, et consumpsit holocaustum.

11. Et dicit Moyses: Eo quod non sit

4 II Par. 7, 1.
5 Lev. 10, 10-17.

1 Dicit. 30, 3-5. Inf. 2, 18.
2 III Reg. 6, 11. II Par. 6, 14.
3 Gen. 6, 24.

comestum quod erat pro peccato, consumptum est.

12. Similiter et Salomon octo diebus celebravit dedicationem.

13. Insuperantur autem in descriptionibus et commentariis Nehemia hæc eadem et ut constrans bibliothecam congregavit de regionibus libros, et prophetarum, et David, et epistolæ Regum, et de donariis.

14. Similiter autem et Judas ea, quæ deciderat per bellum, quod nobis accidit, congregavit omnia, et sunt apud nos.

15. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16. Acturi itaque purificationem, scriptimus vobis; bene ergo facietis, si egeritis hos dies.

17. Deus autem, qui liberavit populum nostrum, et reddidit hereditatem omnibus, et regnum, et sacerdotium, et sanctificationem.

18. Sicut promisit in lege, speramus quo citius nostri miseribitur, et congregabit de sub caelo in locum sanctum.

19. Eripuit enim nos de magnis periculis, et locum purgavit.

20. De Juda vero Machabeo, et fratribus ejus, et de templi magni purificatione, et de arte dedicationis;

21. Sed et de preliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, et filium ejus Eupatorem;

22. Et de illuminationibus quæ de caelo factæ sunt ad eos qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita et universam regionem, cum pauci essent, vindicarent, et barbaram multitudinem fugarent;

23. Et famosissimum in tote orbe templum recuperarent, et civitatem liberarent, et leges, quæ abolitæ erant, restituerentur, Dominum cum omni tranquillitate proprio facto illis;

24. Itaque ab Jasono Cyrenæo quoque libris comprehensa, tentavimus nos uno volumine brevare.

25. Considerans enim multitudinem librorum, et difficultatem volentibus egredi narrationes historiarum, propter multitudinem rerum,

26. Caravimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio; studiosis vero, ut facilius possint memorie commendare; omnibus autem legentibus utilitas conferatur.

1 Deut. 33, 3-6, Sup. 1, 22.

27. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus brevissimi causa suscepimus, non facilius laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris assumpsimus.

28. Sicut hi qui præparant convivium, et quarant aliorum voluntati parere propter multorum gratiam, illi videri laborum sustinentur.

29. Veritatem quidem de singulis actoribus concedentes; ipsi autem secundum datam formam brevitati studiosos.

30. Sicut enim novæ domus architecto de universa structura curandum est; et vero qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum exquirenda sunt; ita sentiendum est et in nobis.

31. Etenim intellectum colligere, et ordinare sermonem, et curiosos partes singulas quasque disquirere, historie congruit auctori;

32. Brevitatem vero dictionis, secretari et executiones rerum vitare, brevitati concedendum est.

33. Hinc ergo narrationem incipimus; de præfatione tantum dixisse sufficit; stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.

CAPUT III.

Simon, templi præpositus, thesaurus ejus Apollonio danti prodiit; ad quos rapientes missa a rege Heliodorus, post Jussus Judæorum orationes, a Deo percutitur, sed Omnia paucis sacrificio precibus liberatur; actusque Deo et Omnia gratis, narrat regi ac ceteris omnibus Dei magnalia.

1. Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges citam ad hæc optime custodirentur, propter Omnia pontificis pietatem, et animos odio habentes mala,

2. Fielit ut et ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent, et templum maximis manibus illustrarent;

3. Ita ut Scelocens, Asia rex, de redditis suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificialium pertinentes.

4. Simon autem, de tribu Benjamin, præpositus templi constitutus, contendebat, obstante sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

5. Sed cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium, Tharsæe filium, qui eo tempore erat dux Coelestis et Phœnicis;

6. Et monstrarit ei, pecunias innumeras plenum esse ærarium Jerusalem, et communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificialium; esse autem possibile sub potestate regis cadere universa.

7. Gampeo reclusisset ad regem Apollonium de pecuniis quæ dilate erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negotia ejus, misit cum mandatis, ut predicatum pecuniam transportaret.

8. Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Coelestium de phœnicem civitates esset peragrurus, vera autem regis propolium profecturus.

9. Sed, cum venisset Jerusalem, et benigne a summo sacerdote in civitate esset exceptus, narravit de dato indicio pecuniarum, et, cuius rei gratia adesset, apertis interrogabat autem, si vere hæc illi essent.

10. Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, et victualia viduarum et pupillarum;

11. Quædam vero esse Hircani-Tobias, viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon; universa autem argenti talenta esse quadringenta, et auri ducenta;

12. Decipi vero eos, qui credidissent loco et templo, quod per universum mundum honoratur, pro sui venerationis et sanctitate, omnino impossibile esse.

13. At ille, pro his quæ habebat in mandatis a rege, dicebat omni genere regi esse deferenda.

14. Consultata autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica vero per universam civitatem erat trepidatio.

15. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus jactaverant se, et invocabant de caelo eum, qui depositis legem posuit, ut his, qui deposuerant et, salva custodiret.

16. Jam vero qui videbat summi sacerdotis vultum, mente valneratur; facies enim et color immutatus declarabat internam animi dolorem.

17. Circumfusa enim erat hostitia quædam viro, et horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis ejus effliciebatur.

18. Alii etiam prægratim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in contemptum loci esset venturus.

19. Accinctique mulieres ciliis circumfusa, per plateas confluebant; sed et virgines, quæ conclusæ erant, procurabant ad Oniam, alia autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant;

20. Universæ autem procedentes manus in caelum deprecabantur;

21. Erat enim visera commixta multitudinis, et magis sacerdotis in agnoscendo conspiciendo.

22. Et hi quidem invocabant omnipotentem Deum, ut credita sibi, his qui crederent, cum omni integritate conservarentur;

23. Heliodorus autem, quod decreverat, periebat eodem loco ipse cum satellitibus civis ærarium præsens.

24. Sed spiritus omnipotentis Dei magis fecit suæ ostensionis evidantiam, ita ut sonus, qui ausi fuerant parere ei, rientes Dei virtute, in dissolutionem et formidinem converterentur.

25. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sensorem, optimis operimentis adornatus; isque cum impetu Heliodoro priores calcas elisit; qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

26. Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amici, qui circumsteterunt eum, et ex utraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.

27. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque magna caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt.

28. Et is, qui cum multis cursoribus et satellitibus predictum ingressus est ærarium, portabatur malo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognitæ virtute.

29. Et ille quidem per divinam virtutem jacebat mutus, atque omni spe et salute privatus.

30. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum; et templum, quod paulo ante timere se timulatu erit plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio et letitia impletum est.

31. Tunc vero ex amicis Heliodori quidam recabant confestim Oniam ut invocaret Altissimum, ut vitam donaret ei qui in supremo spiritu erit constitutus.

32. Considerans autem summus sacerdos, non forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum

consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem.

33. Cumque summus sacerdos exoraret, iidem Iuvenes, eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt: Onias sacerdoti gratias age; nam propter eum Dominus tibi vitam donavit.

34. Tu autem a Deo flagellatus, nuntia omnibus magna Dei et potestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

35. Heliodorus autem, hostia Deo oblata, et votis magnis promissis et qui vivere illi concessit, et Onia gratias agens, recepto exercitu, rediebat ad regem.

36. Testabatur autem omnibus ea que sub oculis suis viderat opera magni Dei.

37. Cum autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptas adhuc secum Ierosolymam mitti, ait:

38. Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illic, et flagellatum eum recipies, si tamen evaserit, eo quod in loco sit vere Dei quedam virtus.

39. Nam ipse, qui habet in calis habitationem, visitator et adiutor est loci illius, et venientes ad malefaciendum percussit, ac perdit.

40. Igitur de Helodoro, et serarii custodia, ita res se habet.

CAPUT IV.

Onias ob Simonis detractionem ad Seleucum concessit; eque pœdicationem ambrosii frater eius Jason, promissit regi plurima talenta; accepto quoque pontifice, omnes Dei cultum perverit; quem pontificata privati curat Menelaus, plura regi talenta pollicetur; cui promissa non prestanti succedit frater ipsius Lysimachus; Onias, cum Menelaum de sacraligio argueret, ab Andronico perimitur; propter quod iussu Antiochi in eodem loco Andronicus interimitur; Lysimachus a populo oppresso, Menelaus apud regem accusatus, intercedentibus donec abiecitur, occisus innocentibus ejus accustoribus.

1. Simon autem, predictis pecuniarum et patrie delator, male loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, et ipse falsisset inceptor malorum;

2. Provisoremque civitatis, ac defensorum gentis suæ, et emulatore legis Dei, audebat insidiatorem regi dicere.

3. Sed, cum inimicis in tantum procederet, ut etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent;

4. Considerans Onias periculum con-

ventionis, et Apollonium insanire, ut pole ducem Coele Syria et Phoenicis, ad augendam multam Simonis, ad regem se contulit.

5. Non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud senectipsum universæ multitudinis considerans.

6. Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua.

7. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nohilis appellabatur, ambiebat Jason, frater Onias, summum sacerdotem;

8. Adito rope, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, et ex redditibus aliis talenta octoginta;

9. Super hæc promittebat et alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederet gymnasium et epheliam sibi constituere, et eos, qui in Ierosolymis erant, Antiochenos scribere.

10. Quod cum rex annuisset, et obnuisset principatum, statim ad gentium ritum contribules suos transferre cepit.

11. Et amotis his que humanitatis causa Judæis a regibus fuerant constituta, pro Joannem, patrem Eupolemi, qui apud Romanos ob amicitia et societas factus est legatione legitima, civium jura destituit, prava instituta sanciebat.

12. Item ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, et optimos quoque ephelorum in Iupanarium portare.

13. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, et profectus gentilis et alienigenæ conversationis, propter impii et non sacerdotis Jasonis nefarium et inauditum scelus;

14. Ita ut sacerdotis jam non circa altaris officia de diti essent, sed contempto tempore, et sacrificiis neglectis, festinatione participes fieri palæstra, et præbitionis ejus injuste, et in exercitiis disci.

15. Et patrios quidem honores nihil habentes, grecas glorias optimas arbitrabantur.

16. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat, et eorum insuetudine annuabantur, ac per omnia his consiliis esse cupiebant, quo hostes et peremptores habuerant.

17. In leges enim divinas implegere impune non edidit; sed hoc tempus sequens declaravit.

18. Cum autem quinquennalis agone Tyri celebraretur, et rex presens esset,

19. Misit Jason facinorosus ab Jerosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Hæcælis, quas postularerunt hi qui asportaverant ne in sacrificiis erogarentur, qua non oporteret, sed in alios sumptus esse deputari.

20. Sed hæc oblata sunt quidem, ab eo qui miserat, in sacrificium Hæcælis; repper presentes autem date sunt in fabricam navium tiriemum.

21. Misso autem in Ægyptum Apollonio, Mæsthei filio, propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cum cognovisset Antiochus alienum se a negotiis regni effectum, propriis utilitatibus constans, profectus inde venit Joppen, et inde Ierosolymam.

22. Et magnifice ab Jassone et civitate susceptus, cum facularum luminibus et laudibus ingressus est; et inde in Phœnicem exercitum convertit.

23. Et post triennium misit Jason Menelaum, supradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, et de negotiis necessariis responsa perlaturum.

24. At ille commendatus regi, cum magnificasset factum potestatis ejus, in venustis rotis summum sacerdotem, superponens Jasoni talenta argenti trecenta.

25. Acceptisque a rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio, minus vero crudelis tyranni, et fere bellus iram gereus.

26. Et Jason quidem, qui proprium fratrem captivaverat, ipse deceptus, profugus in Ammanitem expulsus est regionem.

27. Menelaus autem principatum quidem obtinuit; de pecuniis vero regi promissis nihil agebat, cum exactorem luseret Sostratus, qui arci erat prepositus.

28. Nam ad hunc exactio vestigalium pertinet; et quam ob causam utriusque ad regem sumus essent.

29. Et Menelaus amotis est a sacerdotio, succedente Lysimacho, fratre suo; Sostratus autem prolatus est Cypridis.

30. Et cum hæc agerentur, contigit Tharseus et Mallotos seditionem motores, eo quod Antiochidi, regis concubine, dno essent dadi.

31. Festinante itaque rex venit sedare

illos, relicto suffecto uno ex comitibus suis Andronico.

32. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunitum, aurea quadam vase a templo furatus donavit Andronico, et alia vendidit regi, et per vicinas civitates.

33. Quod cum certissime cognovisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochie secus Daphnem.

34. Unde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat et Oniam interficere. Qui cum venisset ad Oniam, et datis detrix cum jurjuranda (quavis esset et suspectus) suavisset de aylo procedere, statim eum peremit, non veritus Iustitiam.

35. Ob quam causam non solum Judæi, sed alie quoque nationes indignabantur, et moleste ferebant de necate tanti viri injusta.

36. Sed regressum regem de Cilicie locis adierunt Judæi apud Antiochiam, simul et Greci, conquærentes de iniqua necæ Onia.

37. Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, et flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem et modestiam;

38. Accensisque animis, Andronicum purpura exutum, pro totam civitatem jurebit circumdaci, et in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita privati; Domino illi condignam retribuente prenam.

39. Multis autem sacrilegiis in templo a Lysimacho commissis, Menelaus consilio, et divulgata fama, congregata est multitudo adversum Lysimachum, multo jam auro exportato.

40. Turbis autem insurgentibus, et animis ira repletis, Lysimachus, armatis fere tribus milibus, iniquis manibus uti cepit, dæce quodam tyranno, etate pariter et dementia provero.

41. Sed, ut intellexerant constans Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arripere, quidam vero cinerem in Lysimachum jecere.

42. Et multi quidem vulnerati, quidam autem et prostrati, omnes vero in fugam conversi sunt; ipsam etiam sacrilegum secus ararium interfecerunt.

43. De his ergo cepit iudicium adversus Menelaum agere.

44. Et cum venisset rex Tyrum, ad ipsam negotium delaturum missi tres viri a senioribus.

45. Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemeus multas pecunias dare ad suadendum regem.

46. Itaque Ptolemeus in quadam atriopostium quasi refrigerandi gratia regem addit, et deduxit a sententiis;

47. Et Menelaum quidem universae malitiae reum criminibus absolvit, miseris autem, qui, etiamsi apud Scytharum causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnavit.

48. Cito ergo injustam penam dederunt, qui pro civitate, et in sacris vastis, causam prosecuti sunt.

49. Quam ob rem Tyrri quatuor indigni, erga sepulchrum eorum liberalissimi existierunt.

50. Menelaus autem, propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam, permansit in potestate, crescens in malitia ad insidias civium.

CAPUT V.

Armata exercitus, inaequas congressiones Jerosolymis in aere quadraginta diebus conspicimus; Jason Jerusalem invadens, et civis qui bellis trucidant, apud externos misere mittitur; Antiochus, insidians Jerusalem traditis, victis ac venandis, templum spoliat, et discipulis, reliquit crudeliter propositis qui postquam adfuerunt, rursusque misso duxes Appollonio, plucius intendit; Judas vero Machabeus cum suis in desertum locum secessit.

1. Eodem tempore Antiochus secundum profectum paravit in Aegyptum.

2. Contigit autem per universam Jerosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratis stolis habentes, et hastis, quasi cohortes, armatos;

3. Et cursus eorum per ordines digestos, et congressiones heri cominus, et scutorum motus et galeatorum multitudinem gladius districtis, et telorum iactas, et arcuum armorum splendorem, omnique generis loricatorum.

4. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converteri.

5. Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Jason non minus mille viris, repetit aggressus est civitatem, et civibus marem corvolantibus, ad ultimum apprehensa civitate, Menelaus fugit in aream.

6. Jason vero non parcelat in caede civibus suis, nec cogitabat prosperitatem adversorum cogitare, in aere esse maximum, arbitrans hostium, et non civium, se trophaea capturum.

7. Et principatum quidem non obtinuit, finem vero insidiarum suarum confusione accepit, et profugus iterum abiit in Ammaniten.

8. Ad ultimum, in exitum sui conclusus ab Areta, Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus secessus, ut refuga legum et execrabilis, ut patrie et civium hostis, in Aegyptum extrusus est;

9. Et qui multos de patriis suis exularat, peregre perit, Lacedaemona profectus, quasi pro cognatione tibi refugium habiturus;

10. Et qui insepultos multos abiecerat, ipse et filamentatus, et insepultus abiecit, sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulchro participans.

11. His itaque gestis, suspicatus est res societatem desertorum Judaeos; et ob hoc profectus ex Aegypto effertis animis, civitatem quidem armis cepit.

12. Jussit autem militibus interficere, nec parere occurrentibus, et per domos ascendentes trucidare;

13. Fiebant ergo caedes juvenum ac seniorum, et mulierum et natorem exterminis, virginesque et parvulorum neces.

14. Erant autem tunc triduo octingenta milia interfecti, quadraginta milia victi, non minus autem venandis;

15. Sed nec ista sufficienti; ausus est etiam intrare templum universa terra sanctius, Menelae ductore, qui legum et patrie fuit proditor;

16. Et seculis milibus sumens sancta vasa, quae ab aliis regibus et civitatibus erant posita ad ornatum loci, et gloriam, contrectabat indignus, et contaminabat.

17. Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat, quod propter peccata habitatum civitatem, modicum Deus fecerat iratus, propter quod accidit circa locum despectio;

18. Alioquin, nisi contigisset eos multas peccatis esse involutos, sicut Heliodorus, qui missus est a Seleuco rego ad expoliandum ararium, etiam hic statim adveniens flagellatus, et repulsi utriusque fuisset ad subsidia.

19. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit. 20. Ideoque et ipse locus partici-

factus est populi malorum, postea autem facti sociis honorum; et qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

21. Igitur Antiochus, mille et octingentis abbas de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se, pro superbia, terram ad navigandum, pelagus vero ad iter apudum docturum, propter mentis elationem.

22. Reliquit autem et praepositos ad affligendam gentem; Jerosolymis quidem Philippum, genere Phrygem, moribus caecidorem eo ipso a quo constitutus est;

23. In Garizim autem Andronicum et Menechum, qui gravius quam ceteri imminuunt civibus.

24. Cumque appositus esset contra Judaeos, misit odiosum principem, Apollonium, cum exercitu viginti et duobus milibus, praecipiens ei omnes perfectos missos interficere, mulieres ac Juvenas vendere.

25. Qui cum venisset Jerosolymam, pacem simulans, quievit usque ad diem sanctum sabbati; et tunc feriatis Judaeis, arma capere suus praecipit.

26. Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidavit; et civitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.

27. Judas autem Machabeus, qui decimas fuerat, accesserat in desertum locum, ibique intrat feras vitam in montibus cum suis aegret; et foni cibo vescentes, dormulantur, ne participes essent conquisitionis.

CAPUT VI.

Per ducem a rego missum Judaei a lege Dei avocant, templumque Gedisimae profanantur. et Judaei etiam per varias regiones dispersi ad delibum coguntur sacrificia, describitur ducem malorum supplicium eo quod filios suos circumcidisset; sabbatumque celebrantes observantur; ostenditur tandem hoc afflictio non esse Dei desertum, sed suos corrigentis; egregium Eleazari sancti martyrium solennis porcinis vesci carnibus nec id simulas.

1. Sed non post multum temporis, misit rex senem quemdam Antiochum, qui compelleret Judaeos, ut se transferrent a patrie et Dei legibus;

2. Contaminare etiam quod in Jeroso-

lymis erat templum, et cognominare Jovis olympi, et in Garizim, prout erat hi qui locum inhabitabant, Jovis hospitalis.

3. Pestima autem et universis gravis erat malorum incurso;

4. Nam templum luxuria et commensationibus gentium erat plenum, et scortantium cum meretricibus, sacratisque sedibus mulieres se utroque ingerebant, indio fornicatis, a quo non licebat.

5. Altare etiam plenum erat illis, qui legibus prohibebantur.

6. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solennes patri servabantur, nec simpliciter Judaeum se esse coequatum confitebatur.

7. Dicebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia; et cum Liberi sacra celebrarent, cogebantur hedera coronati Libero circumire.

8. Decretam autem exiit in proximas gentium civitates, suggestentibus Ptolemeis, ut pari modo et ipsi adversus Judaeos agerent, ut sacrificarent;

9. eos autem, qui nollet transire ad instituta gentium, interficere. Erat ergo videre miseriam.

10. Dum enim mulieres delatae sunt natos suos circumcidisse, quas, infandibus ad ubera suspensis, cum publice per civitatem circumduxissent, per muros praecipitaverunt.

11. Alii vero, ad proximas coeuntes speluncae, et latenter sabbati diem celebrantes, cum indicati essent Philippo, clamantibus succensis sunt, eo quod veredator, propter religionem et observantiam, manu sibi met auxiliium ferre.

12. Obscere autem eos qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus, sed reputent ea quae acciderunt, non ad interitum, sed ad correctionem esse generis nostri.

13. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus et sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium.

14. Non enim, sicut in aliis nationibus, Dominus patienter expectat, ut eas, cum peccatis die advenierit, in plentitudine peccatorum puniat;

15. Ita et in vobis statuit, ut peccatis nostris in finem devolutis, ita demum in nos vindicta.

16. Propter quod nunquam quidem a nobis misericordiam suam amovet; cor-

ripiens vero in adversis, populum suum non derelinquit.

17. Sed hæc nobis ad componitionem legitimum dicta sint paucis; jam autem veniendum est ad narrationem.

18. Igitur Eleazarus, unus de primoribus scribarum, vir ætate provectus, et vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare.

19. At ille gloriosissimum mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præcibat ad supplicium.

20. Interea autem, quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.

21. Hi autem qui astabant, iniqua miratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secreto, rogabant offerri carnes quibus vesci e licebat, ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat, de sacrificiis carni- bus.

22. Ut, hoc facto, a morte liberaretur; et propter veterem viri amicitiam, hæc in eo faciebant humanitatem.

23. At ille cogitare coepit ætatis ac senectutis sua eminentiam dignam, et ingente nobilitatis cantidum, atque a puero optima conversationis actus; et secundum sanctæ et Deo condite legis constituta, respondit cito, dicens, præmitti se velle in infernum.

24. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere, ut multi adolescentium, ardentibus Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum.

25. Et ipsi, propter meam similitudinem, et propter modicum corruptibilitatis vitæ tempus, decipiantur; et per hoc maculam, atque execrationem meæ senectutis conquiram.

26. Nam, etsi in præsentī tempore supplicia hominum experiar, sed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam.

27. Quamobrem fortiter vitæ excedendo, senectute quidem dignus apparebo;

28. Adolescentibus autem exemplum forte relicto, si prompto animo, ac fortiter per gravissimas ac sanctissimas legibus honesta morte perferam. His dictis, confestim ad supplicium traheratur.

29. Hi autem, qui eum ducebant, et

paulo ante fuerant mitiores, in frangere sunt præsertim sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.

30. Sed, cum plagis perimeretur, ingemuit, et dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifesto tu scis, quis, cum a morte possem liberari, du- ros corporis sustinens dolores; secundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior.

31. Et iste quidem hoc modo vitæ decessit, non solum juvenibus, sed et uni- versæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis et fortitudinis dere- linquens.

CAPUT VII.

Septem fratrum matrisque eorum ingenta fortissimeque tolerantia supplicii, quod porcinas nollet vesci carnibus; et quam constanti regi ob suam crudelitatem ostendit parvam esse damnationem, et mater suos illos sibi exhortata.

1. Coacti autem et septem fratres una cum matre sua apprehensos, compelli a rege edere, contra fas, carnes porcinas, flagris et tauris cruciatis.

2. Unus autem ex illis, qui erit primus, sic ait: Quid queris, et quid vis discere a nobis? Paratus sum mori, magis quam patris Dei leges prævaricari.

3. Iratus itaque rex, jussit sartagine et ollas æneas quibus; quibus statim succensus.

4. Jussit, ei qui prior fuerat locutus, amputari boguam; et, cute capitis abstracta, summas quoque manus et pedes ei præcindi, ceteris ejus fratribus et matre insipientibus.

5. Et, cum jam per omnia multus factus esset, jussit ignem admitteri, et adhuc spirantem torreri in sartagine; in qua cum diu cruciaretur, ceteri una cum matre invicem se hortabantur mori fortiter.

6. Dicens: Dominus Deus aspiciet veritatem, et consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declaravit Moyses: Et in servis suis consolabitur.

7. Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentem deducebat ad illos ducentum; et, cute capitis ejus cum capillis abstracta, interrogabat, si manducaret prius quam toto corpore per membra singula puniretur.

8. At illo, respondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod et isto, sequenti hæc, prima tormenta suscepit;

9. Et in ultimo spiritu constitutus, sic ait: Tu quidem, scelestissime, in præsentī vitæ nos perdis; sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vite resurrectione suscipiabit.

10. Post hæc tenens illuditer; et linguam pestilatus cito protulit, et manus cæcæstare extendit.

11. Et cum fiducia ait: E celo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ex conceptum spero;

12. Ita ut ait, et qui cum ipso erant, mirantur adolescentis animum, quod tanquam nihil duceret cruciatum.

13. Et hoc ita defuncto, quartum vexabat similiter torquentes.

14. Et, cum jam esset ad mortem, sic ait: Potius est, ab hominibus mori talis spem expectare a Deo, horum ab ipso resuscitans; tibi enim resurrectione ad vitam non erit.

15. Et cum admovisset quintam, vexabat eum. At ille respiciens in eum, dixit:

16. Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis quod vis; noli autem putare genus nostrum a Deo esse devotum.

17. Tu autem patienter sustine, et videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te et semen tuum torquetur.

18. Post hæc dicebant sextam, et, in, mercediensa, sic ait: Noli frustra errare; nos enim propter nosmetipsos hæc patimur, peccantes in Deum nostrum, et digna admiratione facta sunt in nobis.

19. Tu autem ne existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugare tentaveris.

20. Supra modum autem mater mirabilis, et bonorum memoria digna, que perentes septem filios sui unius diei tempore conspiciens, bono animo forebat, propter spem quam in Deum habebat.

21. Singulos illorum hortabatur voce patris fortiter, repleta sapientia; et, feminæ cogitationi masculinum animum inserens,

22. Dixit ad eos: Nescio qualiter in utero meo apparuisti; neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi;

23. Sed enim mundi Creator, qui formavit hominibus naturam, quæcæ omnium invenit originem, et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam, sciat nunc vosmetipsos despiciat propter leges ejus.

24. Antiochus autem, contemni se arbitratus, simul et exprobrans voce despectiva, cum adolescentiis superesset, non solum verbis hortabatur, sed et cum juramento affirmabat, se divitem et beatum facturum, et translatione patriis legibus amicum habiturum, et res necessarias ei præbiturum.

25. Sed ad hæc cum adolescentens nequam inclinaretur, vocavit rex matrem, et suadebat ei ut adolescenti fieret in saltem.

26. Cum autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suam rem se illo suo.

27. Itaque inclinata ad illum, irridens crudeliter tyrannum, ait patria voce: Fili mi, misere me, que te in utero novem mensibus portavi, et lac triennio dedi et alui, et in ætatem istam perduci.

28. Peto, nato, ut aspicias ad celum et terram, et ad omnia que in eis sunt, et intelligas quia ex nihil fecit illa Deus, et hominum genus;

29. Ita fiet, ut non timeas carnificem istum; sed dignus fratris tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam.

30. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinens? non obedi præcepto regis, sed præcepto legis, que data est nobis per Moysen.

31. Tu vero, qui inventor omnis malitie factus es in Hebræos, non effugias manum Dei.

32. Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur;

33. Et si nobis propter increpationem et correctionem Dominus Deus noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur servis suis.

34. Tu autem, o scelestè, et omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in servos ejus inflammatus;

35. Nondum enim omnipotentis Dei, et omnia insipientibus, Judicium effugisti.

36. Nam fratres mei, modico nunc dolore sustentati, sub testamento æternæ vite effecti sunt; tu vero, judicio Dei justas superbie tue penas exolves.

¹ Dent. 32, 33-43.

37. Ego autem, sicut et fratres mei, animam et corpus meum trado pro patris legibus, in omnibus Deum matrisque nostrae propitium fieri, toque cum tormentis et verberibus condituri quod ipse est Deus verus.

38. In me vero et in fratribus meis desinat Omnipotens ira, que super omne genus nostrum iuste superdacta est.

39. Tuac rex, accessus ira, in lunc super omnes crudeliter desavit, indigne iocans se delevit.

40. Et hic itaque mundus obit, per omnia in Domino confidens.

41. Novissime autem post filios et mater consumpta est.

42. Igitur de sacrificiis, et de nimis crudelitibus sacis dictum est.

CAPUT VIII.

Judas Machabeus, invocato Dei auxilio, post aliquot victorias, Nicanorem, qui certam vim de Judaea pollicebatur victoriam, suis periculis ad constantiam adhortatus, proficiscitur, Iosephus et epus esserit una cum Theodoro et Barchide plus quam xxx milibus, ita et Nicanor suis effugiens predicavit Judaea Deum adesse protectorem.

1. Judas vero Machabeus, et qui cum illo erant, introibant latenter in castella, et convocatis cognatis et amicis, et eos qui permanerant in Judaea, assumens, egresserunt ad se sex milia virorum.

2. Et invocabant Dominum, ut respueret in populum, qui ab omnibus calcabatur; et miseretur templo, quod contaminabatur ab impiis.

3. Misereretur etiam exterminio civitatis, quae esset illico complananda, et vocem sanguinis sui se clamantis audiret.

4. Memoraretur quoque iniquissimas mortes parvulorum innocentium, et blasphemias nominis sui illatas, et indignaretur super his.

5. At Machabeus, congregata multitudo, in latibilibus gentibus inlecebat; ira enim Domini in misericordiam conversa est.

6. Et superveniens castellis et civitatibus improvisis, succendebat eas; et opportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat.

7. Maxime autem nocibus ad hujus-

comodi excursus ferebatur, et fama vir-tutis eius obiret diffundebatur.

8. Videns autem Philippus pauperum virum ad profectum venire, et frequentius res ei cedere prospere, ad Ptolemaeum, ducem Calesiriae et Phoeniciae, scripsit, ut auxilium ferret regis negotiis.

9. At ille veritus misit Nicanorem Patroci, de primoribus amicis, datus ei de permittis gentibus, armatis minimus viginti milibus, ut universum Judeorum genus deleteret, adjecto ei et Gorgia, virum militari, et in bellicis rebus experientissimo.

10. Constituit autem Nicanor, ut regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo milia talentorum, de captivitate Judeorum suppleret.

11. Statimque ad maritimas civitates misit, convocans ad occupationem Judaeorum mancipiorum, promittens se non negatura mancipia talento distraxerunt, non respiciens ad vindictam, quae cum ab Omnipotente esset consecutura.

12. Judas autem ubi comperit, indicavit his qui secum erant Judaeis, Nicanore adventum.

13. Ex quibus quidam formidantes, et non credentes Dei justitiam, in togam vertebantur.

14. Alii vero si quis eis superaret vendebant, simulque Dominum deprecabantur at eripere eos ab impio Nicanore, qui eos, praequam cominus veniret, venderat.

15. Et si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, et propter invocationem sancti et magnifici nominis eius super ipsos.

16. Convocatis autem Machabeus septem milibus qui cum ipso erant, rogavit ne hostibus reconciliarentur, neque mitterent inique venientium adversus se hostium multitudinem, sed fortiter con-tenderent.

17. Ante oculos habentes contumeliam que loco sancto ab his inlecebat, et illata, itemque et ludibrio habitae civitatis injuriam, adhuc etiam veterum iustitiae coevalsa.

18. Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul et audacia; nos autem in omnipotente Domino, qui potest et ventientes adversus nos, et universum mundum uno nutu delere, confidimus.

19. Admouit autem eos et de auxiliis Dei, quae facta sunt erga parentes, et

quod Iasab Sennacherib centum octoginta quinque milia perierunt;

20. Et de praefo quod eis adversus Galatas fuit in Babylonia, ut omnes, ubi ad rem ventum est, Macedonibus sociis laesitantiis, ipsi sex milia soli peremerunt centum viginti milia, propter auxilium illis datum de caelo, et beneficia pro his plurima consecuti sunt.

21. His veritas et patria mari parati.

22. Constituit itaque fratres suos duces utriusque ordinis: Simonem, et Iosephum, et Jonathan, subjectis unicuique milles et quingentesis.

23. Ad hoc etiam ab Eadra lecto illis sacro libro, et dato signo adiutorii Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore.

24. Et factis sibi adiutore Omnipotente, interfecerunt super novem milia hominum; maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam signis commoluerunt.

25. Pennis vero eorum, quae ad emulationem ipsorum venerant, sublatis, ipsos utraqueque persecuti sunt;

26. Sed reversi sunt hora conclusi, nam erat ante sabbatum; quam ob causam non perseveraverunt insequentes.

27. Arma autem ipsorum et spolia congregantes, sabbatum agebant, benedictioem Dominum qui liberavit eos in isto die, misericordiamque sillans in eos.

28. Post sabbatum vero, debilibus, et fragranis, et viduis diviserunt spolia; et residua ipsi cum suis habuerunt.

29. His itaque gestis, et communiter ab omnibus facta observatione, misericordem Dominum postulabant ut in foveis servis suis reconciliarentur.

30. Et ex his, qui cum Timotheo et Barchide erant contra se contententes, super viginti milia interfecerunt; et munitiones excelsas obtinuerunt, et plures gradas diviserunt, aequam portionem debilibus, pupillis et viduis, sed et senilibus facientes.

31. Et cum arma eorum diligenter collegissent, omnia commiserunt in locis opportunis; residua vero spolia Ierosolymam detulerunt.

32. Et Philarchem, qui cum Timotheo

erat, interfecerunt, virum scelestum, qui in multis Iudeos afflixerat.

33. Et cum applicata agerent Ierosolymam, eum, qui sacras Januas incenderat, id est, Callisthenem, cum in quoddam domicilium profugisset incendendum, digna ei mercede pro impletibus suis reddita.

34. Facinorosissimus autem Nicanor qui mille neotantes ad Iudeorum venditionem adduxerat.

35. Humilitatis, auxilio Domini, ab his quos nullus existimaverat, deposita veste gloriae, per Mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu sui exortus consecutus.

36. Et qui promissura Romanis se tributum restituro de captivitate Ierosolymorum, predicabat nunc protectorem Deum habere Iudeos, et ob ipsum invulnerabilis esse, eo quod sequeretur iuges ab ipso constitutas.

CAPUT IX.

Antiochus a Persopoli fugatus, dum Iudeos ad interfectionem perdere meditaretur, maximis viscerum doloribus a Deo prostratus, cum favore intolerabili scaturientibus et corpore vermicibus, post mortuum crinimum agnitionem, et more promissum emendationem, meritis mortis occubuit, scriptis ad Iudeos literis ut illo suo subditi persisterent.

1. Eodem tempore Antiochus inhoneste revertebatur de Perside.

2. Intraverat enim in eam, quae dicitur Persopolis, et tentavit expoliare templum, et civitatem opprimere; sed multitudine ad arma concurrenti, in fugam versi sunt; et ita contigit ut Antiochus versi fugam turpiter rediret.

3. Et cum venisset circa Ezebatanum, recognovit quae erga Nicanorem et Timotheum gesta sunt.

4. Elatus autem in ira, arbitratur se, iniquum illorum qui se fugaverant, posse in Iudeos retorquere; ideoque iussit agitari curram suam, sine intermissione agens iter, cessati eum iudicio perorantem, eo quod ita superbe locutus est: Ne venturum Ierosolymam, et congeriem sepulchri Iudeorum eum facturum.

5. Sed qui universa conspicit Dominus, Deus Israel, percussit eum insensibilis et irrevocabilis plaga; ut cum in itinere hunc ipsum sermonem, apprehendit

17 Reg. 19, 85, Tob. 1, 21. Eccl. 48, 24. Isa. 37, 36, 1 Mach. 7, 41.

11 Par. 16, 2.

nam dolor dirus viscerum, et amara interiorum tormenta;

6. Et quidem satis iuste, quippe qui multis et novis cruciatibus aliorum toreretur viscera, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret.

7. Super hoc autem superbia repletus, inquam sprans animo in Judæos, et pernicitiam accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadente, et gravi corporis collisione membra vexari.

8. Iaque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris insuperare, supra humanum modum superbia repletus, et montium altitudines in statera appendere, nunc humilitatis ad terram in gasterio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans;

9. Ita ut de corpore Impii vermes scaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus effluerent, odore etiam illius et fetore exercitus gravaretur.

10. Et qui paulo ante sidera caeli confingere se arbitrabatur, eum nemo poterat, propter intolerantiam fœteris, portare.

11. Hinc igitur cœpit, et gravi superbia deductus, ad agnitionem sui venire, divina admittens plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.

12. Et cum nec ipse jam fetorem suum ferre posset, ita ait: Justum est, subditum esse Deo, et mortalem non paria Deo sentire.

13. Orabat autem hic sceleratus Dominum, a quo non esset misericordiam consecutus;

14. Et civitatem, ad quam festinans veniebat ut eam ad solum dedaceret, ac sepulcrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere;

15. Et Judæos, quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed avibus ac feris diripiendos traditurum, et cum parvulis externiaturum dixerat, equales nunc Atheniensibus facturum pollicetur.

16. Templum etiam sanctum, quod ortus exspoliaverat, optimis donis ornatum, et sancta vasa multipliciter, et pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum;

17. Super hæc, et Judæam se futurum, et omnem locum terre perambulaturum, et prædicaturum Dei potestatem.

18. Sed non cessantibus doloribus,

supervenerat omnia in eum justam Dei iudicium, desperans, scriptis ad Judæos, in modum deprecationis, epistolam hæc continentem:

19. Optimis civibus Judæis plurimum salutem, et bene valere, et esse felices, rex et principes Antiochus.

20. Si bene valetis, et filii vestri, et ex sententiis vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias.

21. Et ego in infirmitate constitutus, vestri autem memor benigne, reversus de Persidis locis, et infirmitate gravi apprehensus, necessarium duxi pro communi utilitate curam habere;

22. Non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugendi infirmitatem.

23. Respicens autem quod et patre meo, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum,

24. Ut si quid contrarium accideret, aut diffidis nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset rerum summa derelicta, non turbarentur;

25. Ad hæc considerans de proximo potentes quoque et vicinos temporibus insidiantes, et eventum expectantes, designavi filium meum Antiochum regem, quem sæpe recurrens in superiora regna, multis vestrorum commendabam; et scripsi ad eum que subjecta sunt.

26. Oro itaque vos et peto, memores beneficiarum publico et privatim, ut unaqueque conservet fidem ad me et ad filium meum.

27. Confido enim eum modeste et humane acturum, et sequentem propositum meum, et communem vobis fore.

28. Igitur homicida et blasphemus, pessime potens, et ut ipse alios tractaverat, peregre in montibus miserabilis obita vita functus est.

29. Transferebat autem corpus Philippus, collataneus ejus, qui metuens filium Antiochi, ad Ptoleumum Philometorem in Ægyptum abiit.

CAPUT X.

Judas Machabeus, peragris templo ac civitate, octo diebus solemnitate celebrat, et quotannis celebrandam ordinat: Eupator Antiochi patri in regno successores, Ptolemæo veneno extincto, Gorgias diem locorum constitit, Judæos sapienter pugna molestantes; Judæi et hæc et Timotheum varianque hostium munitiones deviciunt, occisa plur-

rimis militibus, quinque etiam equitibus a solo apparentibus, qui Judæis in auxilium venerant.

1. Machabeus autem, et qui cum eo erant, Domino se protegente, templum quidem, et civitatem recepit.

2. Aras autem, quas alienigenæ per plateas extruxerant, itaque delubra demolitus est;

3. Et purgato templo, aliud altare fecerunt; et de ignis lapidibus igne consecratis sacrificia obtulerunt posthinc, et incensum, et incensas, et panes propositionis posuerunt.

4. Quibus gestis, rogabant Dominum, preceat in terram, ne amplius talibus malis incidere; sed et, si quando peccassent, ut ab ipso mitius corripenter, et non barbaris ac blasphemis hominibus traderentur.

5. Quo die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigesima quinta mensis, qui fuit casleu.

6. Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quod, ante modicum temporis, diem solemne tabernaculorum in montibus et in speluncis, more bestiarum, egerant.

7. Propter quod thyrsos, et ramos virides, et palmas præferabant ei qui preceperat mandari locum suum.

8. Et decreverunt, communi precepto et decreto, universe genti Judæorum, omnibus annis agere dies istos.

9. Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, vite excessus ita se habuit.

10. Nunc autem de Eupatore, Antiochi filio, que gesta sunt narrabimus, breviter mala qua in bellis gesta sunt.

11. Hic enim, suscepto regno, constituit super negotia regni Lysiam quemdam, Phœnicis et Syriæ militie principem.

12. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Mier, Iustitiam erga Judæos esse constituit, et præcise propter iniquitatem que facta erat in eos, et pacifice agere cum eis.

13. Sed ob hoc accusatus ab amicis suad Eupatorem, cum frequenter prodire videret, eo quod Cyprum creditam sibi a Philometere deservisset, et ad Antiochum Nobilem translatus etiam ab eo recessisset, veneno vitam finivit.

14. Gorgias autem, cum esset dux locorum, assumptis adventis, frequenter Judæos debellabat.

15. Judæi vero, qui tenebant opportunas munitiones, fortibus ab Jerosolymis suscipiebant, et bene tenebant.

16. Hi vero qui erant cum Machabeo, per orationes Dominum rogatus ut esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum.

17. Multaque vi insistentes, loca obtinuerant, occurrentes interemerunt, et omnes simul non minus viginti milibus trucidaverant.

18. Quidam autem, cum confugissent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, prosequenter.

19. Machabeus ad eorum expugnationem, relicto Simone, et Josepho, itemque Zacheo, eisque qui cum ipsis erant satis multus, ipse ad eas, que amplius perurgebant, pugnas conversus est.

20. Hi vero qui cum Simone erant, cupiditate ducti, a quibusdam qui in turribus erant suasi sunt pecunia, et septuaginta milibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere.

21. Cum autem Machabeo nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis, accessit, quod pecunia fratres vendidissent, adversariis eorum dimissis.

22. Hos igitur proditores factos interfecti, et confestim duas turres occupavit.

23. Armis autem ac manibus omnia prospere agendo, in duabus munitionibus plus quam viginti milia peremit.

24. At Timotheus, qui prius a Judæis fuerat superatus, convocato exercitu peregrinis multitudinis, et congregato equitatu isara se habuit.

25. Machabeus autem, et qui cum ipse erant, appropinquante illo, disprebantur Dominum, caput terra asperabant, lambosque cilicis præciniti.

26. Ad altaris cæpidium provoluit, ut sibi propitiis, inimicis autem eorum esset inimicus, et adversariis adversaretur, sicut lex dicit.

27. Et ita post orationem, sumptis armis, longius de civitate procedentes, et proximi hostibus effecti, reverserunt.

28. Primo autem solis ortu utriusque commiserunt, isti quidem victoriam et prosperitatis sponsoem cum virtute Dominum habentes, illi autem ducem belli animum habebant.

29. Sed, cum vehementer pugna esset, apparuerunt adversariis de caelo viri

quoque in equis, frenis aureis decori, ducatum Judaeis praestantes.

30. Ex quibus duo Machabeum medium habentis, armis circumseptum incolorem conservabat, in adversarios autem tela et fulmina jacebant, ex quo et caecitate confusi, et repleti perturbatione, eadebant.

31. Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, et equites sexcenti.

32. Timotheus vero confugit in Gazaram, praesidium manitum, qui praerat Chuream.

33. Machabeus autem, et qui cum eo erant, latentes, obsederunt praesidium diebus quatuor.

34. At hi qui intus erant, loci firmitate cuncti, supra modum maledicebant, et sermones nefandos factabant.

35. Sed cum dies quinta incescerent, viginti juvenes ex his qui cum Machabeo erant, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, et feroci animo incedentes ascendebant.

36. Sed et illi similiter ascendentes, terros portaeque succedente aggressi sunt, atque ipsos maledicos vivos concremavit.

37. Per continuum autem biduum praesidio vastato, Timotheum occultantem se, in quadam reptum loca peremerunt; et fratrum illius Chuream et Apolloniam occiderunt.

38. Quibus gestis, in hymnis et confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, et victoriam dedit illis.

CAPUT XI.

Judas Machabeus ferocis Lysiam maxime provocavit exercitum, fretus auxilio missi caelitus spiritus; quod animadvertens Lysias pacem inter Judaeos et regem composuit; referatur epistola Lysiae, Antiochi ac Romanorum ad Judaeos, et Antiochi ad Lysiam pro Judaeis.

1. Sed parvo post tempore, Lysias, procurator regis, et propinquus, ac negotiorum propositus, graviter ferens de his quo acciderant.

2. Congregatis octoginta millibus, et equitatu universo, veniebat adversus Judaeos, existimans se civitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum.

3. Templum vero in pecunia questum, sicut cetera de tribu gentium, ha-

biturum, et per singulos annos venale sacerdotium.

4. Nosquam recogitas Dei prestatem, sed mente effrenatus, in multitudinem peditem, et in millibus equitum, et in octoginta elephantis confuebat.

5. Ingressus autem Judaeam, et appropinquans Bethsure, que erat in angusto loco, ab Hierosolymis intervallum quinquaginta stadiorum, illud praesidium expugnabat.

6. Ut autem Machabeus, et qui cum eo erant, cognoverunt expugnari praesidium, cum fletu et lacrymis rogabant Dominum, et omnis turba simul, ut bonam angelum mitteret ad salutem Israel.

7. Et ipse primus Machabeus, sumptis armis, ceteros adhortatus est simul secum periculum subire, et ferre auxilium fratribus suis.

8. Cumque pariter prompto animo procederent, Hierosolymis apparuit procedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.

9. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum, et covaluerunt animis, non solum homines, sed et bestias ferocissimas, et muros ferros parati penetrare.

10. Ibant igitur prompti, de caelo habentes adiutorem, et miserantem super eos Dominum.

11. Locum autem more impetu irruentes in hostes, prostraverunt et eis undecim millia peditem, et equitum mille sexcentos.

12. Universos autem in fugam vererunt, plures autem eis vulnerati nodi evaserunt; sed et ipse Lysias turpiter fugiens evasit.

13. Et quis non insensatus erat, secum ipse reputans, factam erga se diminutionem, et intelligens invictos esse Hebraeos, omnipotentis Dei auxilio inantes, misit ad eos;

14. Promisitque se consensurum omnibus que iasta sunt, et regem compulsum amicum fieri.

15. Annuit autem Machabeus precibus Lysiae, in omnibus utilitati consulens; et quaecumque Machabeus scripsit Lysiae de Judaeis, ea rex concessit.

16. Nam erant scriptae Judaeis epistola a Lysia quidem hunc modum contentas: Lysias populo Judaeorum, salutem.

17. Joannes et Abesalom, qui missi fuerant a vobis, tradentes scripta, pos-

tebant ut ea, que per illos significabatur, implerent.

18. Quaecumque igitur regi potuerunt perferri, exposui, et que res permittebant concessi.

19. Si igitur in negotiis fidem conservaveritis, et deinceps bonorum vobis casta esse tantum.

20. De ceteris autem per singula verbo mandavi, et istis, et his qui a me missi sunt, colloqui voluiscum.

21. Bene valeat. Anno centesimo quadragesimo octavo, mensis discedi die vigesima et quarta.

22. Regis autem epistola ista continet: Rex Antiochus Lysio, fratri, salutem.

23. Patre nostro inter deos translato, non volentes eos, qui sunt in regno nostro, sine tumultu agere, et rebus suis adhibere diligentiam;

24. Audivimus Judaeos non consensisse patri meo ut transferrentur ad ritum Graecorum, sed tenore velle suum institutum, ac propterea postulare a nobis cedere sibi legitima sua.

25. Volentes igitur hanc quoque tranquillitatem esse, statuente judicavimus templum restitui illis, ut agerent secundum suum majorem consuetudinem.

26. Bene igitur feceris, si miseris ad eos, et dexteram dederis, ut cognita nostra voluntate, bono animo sint, et utilitatibus propriis deserviant.

27. Ad Judaeos vero regis epistola talis erat: Rex Antiochus salutem Judaeorum, et ceteris Judaeis, salutem.

28. Si valetis, sic estis ut volumus; sed et ipsi bene valeamus.

29. Adit nos Menelaus, dicens velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos.

30. His igitur, qui commentae usque ad diem trigessimam mensis xanthici, damus duxes securitatis,

31. Ut intrae utantur cibis et legibus suis, sicut et prius, et nemo eorum illo modo molestiam patiat de his que per ignorantiam gesta sunt.

32. Misimus autem et Menelaum, qui vos alloquitur.

33. Valeat. Anno centesimo quadragesimo octavo, xanthici mensis quinta decima die.

34. Miserunt autem etiam Romani epistolam ita se habentem: Quirix Romulus et Titus Maribus, legati Romanorum, populo Judaeorum, salutem.

35. De his, qui Lysias, cognatus regis, concessit vobis, et nos concessimus.

36. De quibus autem ad regem iudicari referendum, confestim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes, ut decernamus, sicut congruit vobis; nos enim Antiochum accedimus.

37. Ideoque festinate rescribere, ut nos quoque sciamus culus estis voluntatis.

38. Bene valeat. Anno centesimo quadragesimo octavo, quinta decima die mensis xanthici.

CAPUT XII.

Judas ac duces ipsius divino fratri auxilio pugnante feliciter adversus Joppitam, Jamnitas, Arabes, Caspim, et Ephron civitates; item adversus Timotheum, cui regem exercitus, adversus praesidium Carion, et Gorgiam; occisis autem quibusdam Judaeis, qui de perniciis idololorum sustulerant, Judas curam pro ipsorum peccatis offerri sacrificium.

1. His factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem, Judaei autem agriculturam operam dabant.

2. Sed hi qui desiderant, Timotheus, et Apollonias, Gonnai filius, sed et Hieronymus, et Demophon super hos, et Nicanor Cypriarques, non sinebant eos in silentio agere et quieto.

3. Joppita vero tale quoddam flagitium perpetravit; et rogaverunt Judaeos, cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas paraverant, cum viroribus et filiis, quasi nullis inimiculis inter eos subjacentibus.

4. Secundum commune itaque decretum civitatis, et ipsis acquiescentibus, quoniam causa nihil suspectum habitentibus, cum in altum processissent, submergerunt non minus ducentos.

5. Quam crudelitatem Judas in sua gentis homines factam et cognovit, et precepit viris qui erant cum ipso, et invocato Iusto iudice Deo.

6. Venit adversus interfectores fratrum, et portum quidem nocte succedenti, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit.

7. Et cum haec ita egisset, discessit quasi horum reversurus, et universos Joppitam eradicturus.

8. Sed cum cognovisset et eos, qui erant Jamniae, velle pari modo facere habitantibus secum Judaeis,

9. Jamnitis quoque nocte supervenit,

et portum cum navibus succendit: ita ut flumen ignis appareret. Jerosolymis a stadiis ducentis quadrangita.

10. Inde cum jam abissent novem stadiis, et hier faceret ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes, quinque milia viri, et equites quingenti.

11. Cumque pugna valida fieret, et auxilio Dei prospero cessasset, residui Arabes victi, perhibent a Juda dextram sibi dari, promittentes se pascau daturus, et in castris profuturos.

12. Judas autem, abstroratus in multis eos utilis, prodisse pacem: desertorum acceptis, discussere ad tabernacula sua.

13. Aggressus est autem et civitatem quamdam firmam, pontibus murisque circumseptam, que a turris habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen Caspin.

14. Hi vero qui intus erant, confidentes in stabilitate murorum, et apparatu alimentarum, remissius agebant, maledictis incessantes Judam, et blasphemantes, ac loquentes que fas non est.

15. Machabeus autem, invocato magna mundi Principe, qui sine arietibus et machinis temporibus Juse precipitavit Juricho, irruit forciter muris;

16. Et capta civitate per Domini voluntatem, innumerabiles caedes fecit, ita ut adficans stagnum stadiorum duorum h. stadiis, sanguine interfectorum fluere videretur.

17. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, et venerunt in Charteia ad eos, qui dicuntur Tubianis, Judaeis.

18. Et Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo presidio.

19. Dositheus autem et Sosipater, qui erant duces cum Machabeo, peremerunt a Timotheo relictos in presidio, decem milia viros.

20. At Machabeus, ordinatis circum eos sex millibus, et constitutis per cohortes, adversus Timotheum processit, habentem secum centum viginti milia peditem, equitumque duo milia quingentos.

21. Cognito autem Jule adventu, Timotheus premisit mulieres, et filios, et reliquum apparatus, in praesidium, quod

1 Jos. 4, 50.

Carnion dicitur, erat enim inexpugnabile, et accessu difficile propter locorum angustias.

22. Cumque cohors Judae prima apparuisset, timor hostibus incensus est, et praesentia Dei, qui universa conspexit, et in fugam versi sunt alius ab alio, ita ut magis a suis deiecerentur, et gladio suorum letibus debilitarentur.

23. Judas autem vehemens instabat, ponens profanos; et prostravit ex eis triginta milia virorum.

24. Ipse vero Timotheus incidit in partes Dosithei et Sosipatris, et multis proebus postulabat ut vivus dimitteretur, se quod multorum ex Judaeis parentes haberet, ac fratres, quos morte ejus decipi crederet.

25. Et cum fidem dedisset restitutum se eos secundum constitutum, illesum eum dimiserunt, propter fratrum salutem.

26. Judas autem egressus est ad Carnion, interfectis viginti quinque milibus.

27. Post horum fugam, et necem, movit exercitum ad Ephron, civitatem mentitam, in qua multitudo diversarum gentium habitabat; et robusti juvenes pro muris consistentes fortiter repugnabant; in hac autem machina multa, et telorum erat apparatus.

28. Sed, cum Omnipotentem invocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt civitatem, et ex eis qui intus erant viginti quinque milia prostraverunt.

29. Inde ad civitatem Scythram abierunt, que ab Jerosolymis sexcentis stadiis aberat.

30. Constantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant, Judaeis, quod benigne ab eis haberetur, etiam temporibus infelicitatis quod modeste secum egerint.

31. Gratias agentes eis, et exhortati etiam de cetero erga genus suum benignos esse, venerunt Jerosolymam die solemnem septimanarum instantem.

32. Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam, praesidium Idumaeum.

33. Exiit autem cum pedibus tribus milibus, et equibus quadringentis.

34. Quibus congressis, contigit paucos ruere Judaeorum.

35. Dositheus vero quidam de Baccoria eques, vir fortis, Gorgiam tenebat; et, cum vellet illum capere vivum, eques

quidam de Thracibus irruit in eum, humerosaque ejus amputavit, atque ita Gorgias effugit in Mareas.

36. At illis; qui cum Esdrin erant, diutius pugnantibus et fatigatis, invocavit Judas Dominaum adjutorem, et duxem belli fieri;

37. Incipiens voce patria, et cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgie milibus incussit.

38. Judas autem, collecto exercitu, venit in civitatem Odollam, et, cum septima dies superveniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbatum egerunt.

39. Et sequenti die venit cum suis Judas, et corpora prostratorum tolleret, et cum parentibus poneret in sepulchris patris.

40. Lavaverant autem sub tunicis interfectorum, de donariis idolorum que apud Jannaim fuerunt, a quibus lex prohibet Judaeis; omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse.

41. Omnes itaque benedixerunt justum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta.

42. Atque ita ad proces conversi, regressi ut id quod factum erat delictum obivium traderetur. At vero fortissimus Judas hortabatur populum conservare se sine peccato, sub oculis videntes que facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt.

43. Et, facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans.

44. (Nisi enim eos, qui occiderant, resuscitaret speraret, superfluum videretur et vanum curare pro mortuis.)

45. Et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceptant, optime habent repositam gratiam.

46. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

CAPUT XIII.

Machabaeus, Judasus transfuga, Jussu Antiochi extremo afflicto supplicio; Antiochus vero maximum ducens adversus Judaeos exercitum, semel ac iterum victus et repubus, multaque milibus et suis occisis, et Philippo rebellante, auxilium pacem cum Judaeis

firmat jramento, oblato in templo sacrificio, Judaeique in principum Ptolemaidis consilio.

1. Anno centesimo quadragesimo nono, cognovit Judas Antiochum Epistorem venire cum multitudine adversus Judaeum.

2. Et cum eo Lysiam, procuratorem et praesepium negotiorum, secum habentem peditem centum decem milia, et equitum quinque milia, et elephantos viginti duos, currus cum falcbus trecentos.

3. Commisit autem se illis et Menelaus, cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriis salute, sed sperans se constitui in principatum.

4. Sed Rex regum suscitavit animos Antiochi in peccatorem; et surgente Lysia hunc esse causam omnium malorum, jussit, ut eis est consuetudo, apprehensum in eodem loco necari.

5. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum undique habens cineris; hanc prospectum habebat in praecipis.

6. Inde in cinerem deijci jussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad infernum.

7. Et tali lege praevaricatorum legis contigit mori, nec terre dari Menelaum;

8. Et quidem satis iuste; nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, quibus ignis et cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est.

9. Sed rex mente effrenatus veniebat, nequiores se patre suo Judaeis ostensurus.

10. Quibus Judas cognitis, praecipit populo ut die ac nocte Dominum invocarent, quo, sicut semper, et nunc adjuvaret eos.

11. Quippe qui lege, et patria, sanctorum templo privari viderentur; ac populum, qui nuper paululum respirasset, non sineret blasphemis rursum nationalibus subdi.

12. Omnibus itaque simul id facientibus, et petentibus a Domino misericordiam, cum fletu et jejuniis, per triduum continuum prostratis, hortatus est eos Judas ut se prepararent.

13. Ipse vero cum senioribus cogitavit, prius quam rex adiret exercitum ad Judaeum, et oblineret civitatem, exire, et Domini iudicio committere exitum rei.

14. Dans itaque potestatem omnium

Deo, mundi creatori, et esortatus suos ut fortiter dimicarent. Quæ usque ad mortem pro legibus, templo, civitate, patria, et civibus starent, circa Modin exercitum constituit.

15. Et dato signo suis : DEI VICTORIE, juvenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuor milia, et maximam elephantorum, cum his qui superpositi fuerant;

16. Summoque meta ac perturbatione hostium castra replentes, rebus prospere gestis, abierunt.

17. Hoc autem factum est die Illucescente, adjuvante eum Domini protectione.

18. Sed rex, accepto gustu audacia Judæorum, arte dilibellato locorum tenuitabat;

19. Et Bethsura, que erat Judæorum presidium munitum, castra admovebat sed fegabatur, impingebat, minorabatur.

20. His autem, qui intus erant, Judas necessaria mittebat.

21. Enuntiavit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Judæorum exercitu, qui requisitus comprehensus est, et conclusus.

22. Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris; dextram dedit, accepti, abili.

23. Commisit eum Juda, superatus est. Ut autem cognovit rebellasse Philippum Antiochia, qui relictus erat super negotia, mente consternatus, Judæos deprecans, subsidisque eis, jurat de omnibus quibus justum visum est; et reconciliatus obtulit sacrificium, honoravit templum, et manera posuit.

24. Machabæum amplexatus est, et fecit eum a Ptolemaidæ usque ad Gerrenas ducem et principem.

25. Ut autem venit Ptolemaidam, graviter crebans Ptolemensis amicitie conventionem, indignante non forte fedus irromperet.

26. Tunc ascendit Lysias tribunal, et exposuit rationem, et populum sedavit, regressusque est Antiochiam; et hoc modo regis profectio et reditus processit.

CAPUT XIV.

Suggerente Alcimo qui summo destitutus erat sacerdotio, Nicanor in Judæos missus a rege Demetrio, auditus Judæi pælaris (anaciribus, anacirium eum eo contrahit, quam post-

modum rege cogente solvens, dum Judam secum comprehendere, templi minatur eversionem, et seorsus Razias, Judæum magnanimum, apprehendere conatur; qui cum ab hostibus jam se captivum videret, elegit potius constantissimo animo sibi mortem inferre quam indigna pati ab hostibus, in quos propriis manibus sua intestina profecit.

1. Sed post triennii tempus, cognovit Judas, et qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, cum multitudine valida, et navibus, per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna.

2. Et tenuissimas regiones adversus Antiochiam, et ducem ejus Lysiam.

3. Alcimus autem quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntarie coinquinatus est temporibus commotionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ad altare,

4. Venit ad regem Demetrium, centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, et palmam, super hec et thallos, qui templi esse videbantur; et ipsa quidem die siluit.

5. Tempus autem opportunum demeritis suis nactus, convocatus a Demetrio ad consilium, et interrogatus quibus rebus et consiliis Judæi nitentur.

6. Respondit: Ipsi qui dicuntur Assædæi Judæorum, quibus preest Judas Machabæus, bella nutriunt, et seditioses movent, nec patiuntur regnum esse quietum.

7. Nam et ego defraudatus parentum gloriæ, dico autem summo sacerdote, hoc veni:

8. Primo quidem utilitatibus regis fidem servans, secundo autem etiam civibus consulens; nam illum gravitate universum genus nostrum non minime vexatur.

9. Sed oro, his singulis, o rex, cognitis, et regioni, et generi, secundum humanitatem tuam pervulgatam omnibus, prospicere.

10. Nam, quamdiu superest Judas, impossibile est pacem esse negotia.

11. Talibus autem ab hoc dictis, et ceteri amici, hostiliter se habentes adversus Judam, inflammaverunt Demetrium.

12. Qui statim Nicanorem, prepositum elephantorum, ducem misit in Judæam;

13. Datis mandatis, ut ipsum quidem Judam caperet; eos vero, qui cum ille

erant, dispereret, et constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem.

14. Tunc gentes, que de Judæa fugerant Judam, rogatum se Nicanori miscebant, miseris et clades Judæorum, prosperitates rerum suarum existimantes.

15. Auditio itaque Judæi Nicanoris adventu, et conventa nationum, conpressi terra rogabant eum qui populum suum constituit, ut in æternum custodiret, quique sum autem ditione signis evidentiibus protigit.

16. Imperante autem deo, statim inde moverunt, conveneruntque ad castellum Dessau.

17. Simon vero, frater Judæ, commiserat cum Nicanore, sed contreritus est repente adventu adversariorum.

18. Nicanor tamen, audiens virtutem omnium Judæ, et animi magnitudinem, eam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat;

19. Quam ob rem præmisit Posidonium, et Theodotum, et Matthiam, ut daret dextram acciperent.

20. Et cum diu de his consilium ageretur, et ipse dux ad multitudinem retinisset, omnium una fuit sententia amicitiam annuere.

21. Itaque diem constituerunt, qua secreto inter se agerent; et singulis sellas postule sunt, et postos.

22. Præcepit autem Judas armatos esse locis opportunis, ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur; et congruum colloquium fecerunt.

23. Morabatur autem Nicanor Jerosolymis, nihilque lingue agebat, gressusque tardum, qui congregata fuerant, dimisit.

24. Habebat autem Judam semper carum ex animo, et erat viro inclinat.

25. Rogavitque eum ducere uxorem, filiosque procreare. Nuptias fecit, quiete est, communi uterque vivebat.

26. Alcimus autem, videns caritatem illorum ad invicem, et conventiones, venit ad Demetrium, et dicebat Nicanorem rebus alienis assentire, Judamque, regni insidiatorem, successorem sibi destinasse.

27. Itaque rex exasperatus, et pessimis hujus criminatibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens, graviter quidem se ferre de amicitie conventionem, jubere

tamen Machabæum citius vincitum mittere Antiochiam.

28. Quibus cognitis, Nicanor consternabatur, et graviter ferrebat, si ea, que convenerant, irrita faceret, nihil lessa a viro.

29. Sed, quia regi resistere non poterat, opportunamente observabat quæ præcipuum pertiores.

30. At Machabæus, videns secum ausertur agere Nicanorem, et consuetum occursum ferocibus exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suarum congregatis, occultavit se a Nicanore.

31. Quod cum ille cognovit fortiter se a viro preventum, venit ad maximum et sanctissimum templum; et sacerdotio solitas hostias offerentibus, Jussit sibi tradi virum.

32. Quibus cum juramento dicentibus nescire se ubi esset qui querebatur, extendens manum ad templum,

33. Joravit, dicens: Nisi Judam mihi vincitum tradideritis, istud Dei fanum in plantam deducam, et altare effodiam, et templum hoc Liberò patri consecrabo.

34. Et his dictis, abiit. Sacerdotes autem, protendentibus manibus in celum, invocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hie dicentes:

35. Tu, Domine universorum, qui nullus indiges, voluisti templum habitationis tue fieri in nobis;

36. Ex nunc, Sancte sanctorum omnium Domine! conserva in æternum impollutam domum istam, que super mundata est.

37. Razias autem quidam de senioribus ab Jerosolymis delatus est Nicanori, vir amator civitatis, et bene audiens, qui pro affectu patris Judæorum appellabatur.

38. Hic multis temporibus continentie propositum tenuit in Judaismo, corpusque et animam tradere contentus pro perseverantia.

39. Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Judæos, misit milites quingentos, ut eum comprehenderent;

40. Putabat enim, si illum decipisset, se cladem Judeis maximam illaturum.

41. Turbis autem irruere in domum ejus, et janam disrumpere, atque ignem admoventem capientibus, cum jam comprehenderetur, gladio se petiit,

42. Eligens nobiliter mori potius quam

subditi fieri peccatoribus, et contra natales suos indignis injuriis agi.

43. Sed, cum per festinationem non certo loco plagam dedisset, et turba intra ostia irrupit, recurrens audacter ad murum, precipitavit semetipsum viriliter in turbas;

44. Quibus velociter locum dantibus cassi ejus, venit per mediam cervicem.

45. Et cum adhuc spiraret, accessus animo, surrexit; et cum sanguis ejus magno fluxu deflueret, et gravissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit;

46. Et stans supra quamdam petram præruptam, et jam exsanguis effectus, complexus intestina sua, utrisque manibus projecit super turbas, invocans Dominatorem vite ac spiritus, ut hæc illi iterum redderet; atque illa vita defunctus est.

CAPUT XV.

Judas suos contra Nicanorem, Dei potentiam contemnentes, roborat tum exhortatione tum nocturno apparitionis manifestatione de viso Jeremia pro populo Israeli orante; qui in Deum spem habentem ingentem promeruit exercitum, amputatis capite et manu Nicanoris, que Jerololymis in memoriam divine protectionis suspensa sunt, lingua ejus blasphemiam avibus particulum tradidit, eoque die in annum solemnitatem instituit.

1. Nicanor autem, ut comperi Judam esse in locis Samarie, cogitavit cum omni impetu die sabbati committere bellum.

2. Judæi vero, qui illum per necessitatem sequabantur, dicentibus: Ne ita ferociter et barbare feceris, sed honorem tribue diei sanctificationis, et honora eum qui universa conspiciit,

3. Ille infelix interrogavit si est potens in caelo, qui imperavit agi diem sabbatorum.

4. Et respondentibus illis: Est Dominus vivus ipse in caelo potens, qui jussit agi septimam diem,

5. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impeto sumi arma, et negotia regis impleri. Tamen non obtinuit ut consilium perliceret.

6. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitaverat commune trophæum statuere de Juda.

¹ I Mach. 7, 29.

7. Machabeus autem semper confidit cum omni spe auxilium sibi a Deo asaturum.

8. Et hortabat suos ne formidarent ad adventum nationum, sed in mente haberent adjutoria sibi facta de caelo, et nunc sperarent ab Omnipotente sibi asaturam victoriam.

9. Et allocutus eos de lega et prophetis, admonens etiam certamina que fecerant prius, prompiores constituit eos.

10. Et ita animis eorum erectis, simul ostendebat gentium fallaciam, et juramentorum pravariationem.

11. Singulos autem illorum armavit, non clypei et haste munitione, sed sermonibus optimis, et exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod universos iustificavit.

12. Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum et benignum, verecundum visum, modestum moribus, et eloquio decurrum, et qui a puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum;

13. Post hoc apparuisse et alium virum, ætate et gloria mirabilem, et magni decoris habitudine circa illum;

14. Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est frater amator, et populi Israeli hic est, qui multum orat pro populo, et universa sancta civitate, Jeremias, propheta Dei;

15. Extendisse autem Jeremiam dextram, et dedidisse Judæ gladium aureum, dicentem:

16. Accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo decilies adversarios populi mei Israel.

17. Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli possent impetus, et animi juvenum confortari, statuerunt dimicare et consiliorum firmiter, ut virtus de negotiis judicaret, eo quod civitas sancta et templum periclitarentur.

18. Erat enim pro uxoribus, et filiis, itemque pro fratribus, et cognatis, minor sollicitudo; maximus vero et primus pro sanctitate timor erat templi.

19. Sed et eos qui in civitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his qui congressuri erant;

20. Et enim jam omnes sperarent judicium futurum, hostesque adissent, atque exercitus esset ordinatus, hostium

equitumque oportuno in loco compositi, 21. Considerans Machabeus adventum multitudinis, et apparatus varium armorum, et ferocitatem bestiarum, extendens manus in caelum, prodigia facientem Dominum invocavit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout visu placet, dat digna victoriam.

22. Dixit autem invocans hoc modo: 17a. Domine, qui misisti angelum tuum sub Ezechia, rege Juda, et interficisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque milia;

23. Et nunc, Dominator caelorum, mitte angelum tuum bonum ante nos, in timore et tremore magnitudinis brachii tui.

24. Ut metuant qui cum blasphemiam voliant adversus sanctum populum tuum. Et hic quidem illa peroravit.

25. Nicanor autem, et qui cum ipso erant, cum tubis et canticis admovebant.

26. Judas vero, et qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt.

27. Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, prostraverunt non minus triginta quinque milia, presens Dei magnificentia delectati.

28. Cumque cecassent, et cum gaudio redirent, cognoverunt Nicanorem ruisse cum armis suis.

29. Facto itaque clamore, et perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant.

30. Precepit autem Judas, qui per

¹ Esp. 8, 19.

equos corpore et animo morti pro civibus paratus erat, caput Nicanoris, et manum cum humero abscissam - Jerololymam perferri.

31. Quo cum pervenisset, convocatis contrihibitibus, et sacerdotibus ad altare, accersit et eos qui in arce erant;

32. Et ostendens capite Nicanoris, et manu nefaria, quam extendens contra domum sanctam omnipotentis Dei, magifice gloriatum est.

33. Linguam etiam impij Nicanoris præcisam jussit particulum aribus dari; manum autem dementis contra templum suspendi.

34. Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus qui locum suum incontaminatum servavit!

35. Suspenderit autem Nicanoris caput in summæ arce, ut evidens esset et manifestum signum auxilii Dei.

36. Itaque omnes communi consilio decreverunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire.

37. Habere autem celebritatem tertia decima die mensis adar, quod dicitur vespè syriaca, pridie Mardochei diei.

38. Igitur his erga Nicanorem gestis, et ex illis temporibus ab Hebræis civitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis.

39. Et si quidem bene, et ut historia competit, hoc et ipse velim; sin autem minus digne, concedendum est mihi.

40. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrariam est, alterius autem uti, delectabilis; ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Ille ergo erit consummatus.